

LVDOVICI  
POSTII

I. C. PERVSINI

Iam Locumtenentis, & modo Rotæ Auditoris, & Prætoris  
Prouinciæ Marchiæ

TRACTATVS

Mandati de Manutenedo,

S I V E

SVMMARISSIMI POSSESSORII

Interim.

In hac vltima editione addeus innumeras ad obseruationes additis, hoc signo [ ] annexis  
per non magis Sacræ Rotæ Romanæ Decisionum mysterio illustrat.

*In duo Volumina diuisus. Primum Obseruationes. Secundum Decisiones continet.*



EVGDVNI  
Sumptibus IOANNIS CAFFIN,

MDCLXXVII.  
CVM PRIVILEGIO REGIS.



SANCTISSIMO  
DOMINO NOSTRO  
INNOCENTIO X.  
PONT. OPTIM. MAX.  
LUDOVICVS POSTIVS  
FOELICITATEM.

**I**N publicam auctoritatis lucem Euecto Principi, PATER BEATISSIME, subiecti consueuere Populi pretiosa ferre tributa, animi pignus obsequentis. Ad eum honoris, ac dignitatis gradum, quo maior sub Deo in terris non est, Sanctitati Vestra non magis hominum, quam meritorum suffragio euecta, quid ferrem, in promptu non erat. Subiit tamen animum cogitatio, meliores apud nos opes non esse, quam que ab ipso animo gignuntur in nobis, elaborati scilicet mentis labores, ac partus quolibet pretiosiores auro in cecis terra visceribus enato. Habebam pra manibus librum de Mamutatione, aliàs à me editum nec (si mea non me fallit opinio) improbatum; quem quia multum auxeram, sicut & eius Decisiones, & eas praecipuè, quas à Tua Sanctitate collegeram, dum Roma Tribunalia frequentabam, non nisi Tuo Nomini illum reddere est animus, ut vnde exeunt flumina felici redeant gyro, ut iterum fluant in Prouinciarum commodum, & Populorum. In communi Christiani orbis gratulatione ad osculum Sanctissimorum Pedum accedo, ibique mentis obsequium pariter, ac partum deuoueo, ubi quid timeatur non erit. Siquidem pars mundi superior (inquit Seneca) non cogitur in nubem, neque agitur in turbinem: omni tumultu vacat; Ita optimi Principis status, & quicumque ad illius tutelam confugit. Maculas in Sole esse quidam dicunt, eas tamen splendoris nitor, & fulgor nostris celat aspectibus. Ita operis huius defectus qualescunque tua abundantia lucis vel absterget, vel operiet. Imago Principis vel vili expressa plumbo, est in honore; adeo ut metallum illud etiam despiciere, ne dicam frangere lasa maiestatis cri-



M A N D A T I  
 DE MANVTENENDO  
 S I V E  
 SVMMARISSIMI, POSSESSORII,  
 Interim Tractatus,  
 LVDOVICO POSTIO I. V. C. PERVSINO  
 A V C T O R E.

S V M M A R I A.

- |   |   |
|---|---|
| <p>1 Timens de futura lite studet in rei possessione esse, ut Rei partibus fungatur, non Aliter.</p> <p>2 Reus est, qui possidet rem contentiosam.</p> <p>3 Actor est, qui alium ad iudicium trahit, &amp; bonam partem ab alio possidet.<br/>[Actor dicitur, qui petit, &amp; prius ad iudicium provocat.]</p> <p>4 Melius est esse reum, &amp; possessorem, quam alio-rem, &amp; aliam possidentem querere, vel repe-rire.<br/>[Melius est incumbere rei, quam actioni.]<br/>[Beatus est, qui in possessione praenit.]</p> <p>5 Bonus fuit possidenter.</p> <p>6 Plus iuris consequitur possessor in retinendo, quam aliter in agendo.</p> <p>7 Possessio est magna pars rei, &amp; illius commodum maxime ponderis.</p> <p>8 Reus, &amp; possessor releuatur ab onere probandi.</p> <p>9 Non tenetur docere de iure, &amp; iure suo.<br/>[Reus non tenetur aliquid iustificare, licet ut hic.]</p> <p>10 Nec illi fit, nec solum retinetur praecipuum, ut de i-ure, &amp; iure doceat, vel possessionem dimittat.</p> <p>11 Nec potest de iure interrogari, nec cogi ad respon-dendum.</p> <p>12 Transfert onus probandi in alium.</p> <p>13 Actor non probante reus debet absolui, &amp; res pe-net ipsa remanere.<br/>[Reus quilibet infringit Actorem, qui suam iur-tionem non probauit.]</p> <p>14 Etiam quod reus nihil praestiterit.</p> <p>15 Et presumptus in se onus probandi, &amp; non proba-nerit.</p> <p>16 Reo satis est pro defensione possessio.</p> <p>17 Sufficit vincere et non ius Actoris absque proba-tione sui iuris.</p> | <p>18 Reus potest auctori dicere, quodad id Liberis edis habeo.</p> <p>19 Intentio negantis fundata est ut negantia.</p> <p>20 Rei, &amp; actoris iuribus obsequi, pro reo contra alio-rem est indicandum.</p> <p>21 Presumptio magna est pro possessore.</p> <p>22 Possessor praesumitur dominus.<br/>[Possessor praesumitur dominus, quando non agit ut de domini canonizati one.]</p> <p>23 Possidentis utilior est conditio in pari causa pre-sumptione, &amp; interpretatur.</p> <p>24 Reus ceteris paribus habet intentionem funda-tam in possessione.</p> <p>25 Etiam quod rei sua non sit, &amp; in ea nullum ius habeat.</p> <p>26 Insuper maior requiritur in actore, quam in reo.</p> <p>27 Actor non iudicatur in ex persona, &amp; non iure rei, sed suo.</p> <p>28 Debet agere ex iure proprio, &amp; in propria persona radicate, &amp; quidem ordinare, ordinisque iu-dicariis, &amp; formati seruandis.</p> <p>29 Probationes actoris debent esse certa, &amp; conclu-dentes.</p> <p>30 Possessor ab onere probandi non releuatur, ubi iam actor intentionem suam fundauit.</p> <p>31 Etiam quod intentionem fundauerit ex iuris exi-stentia.</p> <p>32 Rem non cogitur probare suam titulum ad aduer-sarij iustificationem, sed ad probationis aduer-sarij exclusionem, &amp; sui releuationem, &amp; nam 34.</p> <p>33 Reus exceptioem non probans, ubi actor actionem probauit, condemnatur.</p> <p>34 Exceptiones non sufficere opponere, sed opus est pro-bare.</p> |
|---|---|